



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

46 De sacerdotibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

βαίνει ὁ Ἐπίσκοπος ἐν μύδιον σίτου, καὶ μέριον ἡ οἴνου, καὶ ἐλαίας,
καὶ σελικίας ἐξ ἑκάστη οἴκου διπλοῦ πάσης τῆ ἐπαρχίας αὐτῆς.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ.

Περὶ τῶν ἱερέων.

Ο ἱερεῖς δὲ ζῶσι, πνὲς ἰδίᾳ ἐκ τῶν πεισιπῶν τῶν ἐκκλησιῶν, ἰαπέτι,
πνὲς αἱ ἐκκλησίαι ἔχουσιν ἀγροὺς καὶ ἀμπελώνας, οἴκους καὶ ἕτεροι
πιαύτα. καὶ ἐξ ἐκείνων ζῶσιν οἱ ἱερεῖς. Ὅπως δὲ αἱ ἐκκλησίαι σκεῖται
σι πεισιπῶν, οἱ ἱερεῖς λαμβάνουσιν ἐν μύδιον σίτου καὶ ἕτ. ἐξ ἑκάστη
οἴκου, τοῦ μύδιον συνέχει τὸ τρίτον μέρος τῆς φορτίου ἐνός ἴππου. καὶ
ἄλλως οἱ Ἕλληνας ἔχουσιν ἐορτὰς τρεῖς τριάκοντα ἐξ. δυοκαίδεκα κα-
λεῖται δεσποτικῆ, τετέστιν, τῆς Χριστοῦ καὶ τῆς παρθένου αἱ δὲ λοιπαὶ εἰ-
κοσι πέντε εἰσι τῆς προφήτου, καὶ τῶν ἁγίων διποσῶν, καὶ τῶν μεγα-
λῶν μαρτύρων. Ἐν πάσι ταύταις ταῖς ἐορταῖς, καὶ ἐν ἐκάστη κυριακῇ,
ὁφείλει ὁ ἱερεὺς τυπάζειν, καὶ ἑκάστη οἴκου δίδωσι τῷ ἱερεὶ δύο δηνά-
ρια, καὶ ὄχιτα μερικῶς πρὸς ἑκάστη τῶν διδόντων αὐτῷ πρὸ χρημάτων πρὸ
τῆς ἀρχιεπισκοπῆς τυπάζειν. Ἐν ἐν ταύταις ταῖς ἐορταῖς οἱ Ἕλληνας ποιῶσι με-
γάλας ξενίας, ἐνίοτε ἐν ἐνὶ χωρίῳ ποιῶσι πέντε ἢ ἐξ ἑξενίας, καὶ ὁ ἱερεὺς
ὁφείλει προεῦδαι πρὸς ἐκάστη ξενίαν εὐλογεῖν τὰ ὄργανα, καὶ
ἔτω δίδωσι τῷ ἱερεὶ ἀρτους καὶ κρέατα καὶ οἶνον ἕτερον πνα, καὶ χρημά-
τα, ὥστε ἀρκεῖται ὅλη τῷ οἴκῳ αὐτῷ ἑκατα μίας ἐβδομάδος. καὶ ἐν
τῶν πιαύτων ἐστὶν ἡ τροφή τῶν ἱερέων.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ.

Περὶ ἱεροδιακόνων.

Ο ἐν ταῖς πόλεσι ἑκχωρητοῖς κατακλιθεὶς Ἕλληνας, εἰ θέλει γενέσθαι
ἱεροδιάκονοι, πρῶτον ἀγασσι γυναῖκας, καὶ τότε οἱ ἐπίσκοποι χειρο-
τονῶσιν ἐκείνους ἱεροδιακόνους. Ἐὰν δὲ θέλει ἴσως μὴ ἀγειν γυναῖκα, δεῖ
αὐτὸν πρῶτον γενέσθαι μοναχόν, καὶ τότε χειροτονῶσιν ἐκεῖνον ἱεροδιάκονον, καὶ
μετὰ ταῦτα σὺν ἑξῆσιν ἐκείνῳ γαμεῖν, ὅτι ἀφορίζουσιν ἐκεῖνον οἱ ἐπίσκοποι.

ΚΕΦΑΛ

Et sibi diocesanos frumenti modium unum, nec non portionem aliquam vini, olei, siccii anno quovis colligit.

CAPUT XLVI.

DE

Sacerdotibus.

Sacerdotes ex ecclesie redditibus vitam suam sustentant, hoc est, nonnullae ecclesie agros, vineas, domos, familiaeque plura possident, & inde sacerdotes vitae subsidia accipiunt. Ubi vero ecclesie nullis redditibus gaudent, ibi sacerdotibus e domibus singulis, singulis annis, modius unus frumenti cedit. Continet autem modius tertiam partem oneris, cui ferendo equus sufficit. Insuper Graeci quolibet anno triginta sex celebrant festa. Duodecim sunt summa & solemnissima, utpote quae Christo & Virgini sunt dedicata; reliqua vero viginti quatuor in honorem praecursoris, S. S. Apostolorum, & magnorum martyrum instituta sunt. Diebus hisce festis omnibus, ut & qualibet dominica, sacrificare tenetur sacerdos, ubi quavis domus sacerdoti duo denaria offert, & sacerdos vicissim pro singulis, qui dona sua, antequam sacrificare inciperet, obtulerunt, nominatim apud Deum intercedit. His festis Graeci splendida convivia instruunt, & aliquando etiam in pago quinque, quin sex. Horum quodvis sacerdos invisere, & appositis benedictionem impertiri tenetur. Pro quo praestito officio panes, carnes, vinum aliaque nonnulla, ut & pecuniam inde reportat sacerdos, ita ut & toti familiae per unam septimanam sustentandae sufficiat. Et ex his constat sacerdotum victus.

CAPUT XLVII.

DE

Diaconis sacris.

Graeci in urbibus & pagis habitantes, si diaconorum in ordinem cooptari desiderant, primo ducunt uxores; hoc facto, sacros diaconos ipsos creant Episcopi. Qui vero matrimonium inire recusat, illum cucullum prius induere oportet, ac tum demum designatur diaconus sacer. Postmodum vero conjugio sese consecrare amplius nequit, nisi excommunicationis poenam velit incurrere.

CAPUT